IOANNIS PLANERII

QVINTIANI BRIXIENSIS,

ARTIVM, ET MEDICINAE DOCTORIS.

FEBRIVM OMNIVM SIMPLICIVM Diuiſio, & compoſitio, ex Galeno, & Auicenna excerpta: & in ARBORES, vt facilius intelligatur, redacta.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS,
APVD IACOBVM VITALEM.
M D LXXIIII.

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO ALEXANDRO FARNESIO S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO.

Ioannes Planerius Quintianus.

QVI Principibus, Illuſtribusq; viris ſcripta ſua conſecrant, nonnulli id agunt, vt eorum nomen, & famam clariorem, & illuſtriorem reddant. Alij, vt ingenij ſui monimenta ipſis oſtentent. Ego Cardinalis ampliſſime diuerſam omnino rationem ſecutus, meas has vigilias tibi potiſſimum dicandas exiſtimaui, quòd te bonarum artium ſtudio oblectari, & literatis etiam fauere vidi. Et, vt multos prætercam: Paulum certè Magnolũ vtriuſ-

que linguæ , & philoſophiæ peritiſſimum,mihi amiciſſimum, iam fato functum, tibi olim familiariſſimum,& fouiſti honorificè , & quòd ſuas lucubrationes tibi dicauerat,non paruo munere donaſti : quem ego tuas laudes , tuam liberalitatem ſæpius prædicantem his auribus audiui . Sed quid ago? cur maiorum tuorum exempla non commemoro? Paulus tertius , auus tuus , Pontifex Optimus, Maximus , Princeps eruditiſſimus , eruditiſſimos etiam , quos nouerat in vrbe Roma , magnis præmiis donauit , & ad ſummos honores extulit: Nam Iacobum Sadoletum, & Gaſparem Contarenum , & Petrum Bembum , virtute , & probitate præditos , ad ſummam Cardinalatus dignitatem euexit : nimirum igitur , ſi tu quoque aui tui veſtigia ſecutus , eaſdem laudes,& uirtutes conſequi contendis : hæc vera laus,hæc commendata in virtute , & liberalitate æmulatio. Sub optimo illo Paſtore reuireſcere , atque effloreſcere cæperunt literarum ſtudia, quæ tu quoque ſemper fouere, & alere conſueuiſti. Sed ad me ipſum redeo.Cùm primùm igitur ad hanc Vrbem Venetam appulimus:febres omnes ex Galeno,et Auicenna extraximus: eaſq; ipſas , quanta potuimus diligentia , in arbores redegimus : redactas Cardinalis eruditiſſime ad te mittimus. Quã gratiſſimum mihi erit,ſi præſtantiſſimis illis Romanæ Vrbis medicis tabellas has,ac veluti febrium typum demonſtraueris. Cæterum ingenui eſt hominis , fateri per quem didiceris. Ne quem igitur laude propria defraudemus : dum Pataūij liberalium artium ſtudio operam nauarem : Viri illi eruditiſſimi

tiſſimi ad hæc inueſtiganda ſemitas quaſdam mihi præmonſtrarunt: In febrium itaq; diuiſione Hieronymum Coradinũ ſecuti ſumus. Verum ille vniuerſalem tantum febrium diuiſionem mihi indicauit: quam poſtea etiam aliquot in locis deprauatam correximus. Rurſus itaq; febres omnes ſimplices in arbores particulares diſtinximus: & compoſitas etiam, quod ille non fecit, explicauimus: & commentaria in eaſdem ſcripſimus. Quæſtionem prætcrea illam de febre ſanguinis vulgatiſſimam diligentius fortaſſe, quàm antea, excuſſimus, & examinauimus: quo in labore ſi quid medicinæ tyronibus profuimus: Soli Deo laus ſemper ſit, & gloria. Meam autem hanc febrium diuiſionem Cardinalis Illuſtriſſime ſi quando ſepoſitis maioribus, & grauioribus negocijs per ocium diligentius inſpexeris: non paruam fortaſſe animi voluptatem conſequêris. Nam ex hac diuiſione varias febres, uarias febrium cauſas percipies. Ex diuerſitate enim humorum peccantium diuerſæ etiam oriuntur febrium ſpecies. Hæc tametſi ad medicos duntaxat ſpectare videntur: non aliena etiam ſunt à præclaris ingenijs, & diuinè philoſophantibus, rerum cauſas perſcrutantibus. Facultas enim hæc medica philoſophiæ naturalis vel pars eſt, vel illi ſubalternata, quòd eius principia, cauſæ, & elementa in philoſophia naturali, ſcientia ſuperiori probentur, & concludantur: quòd enim quatuor ſint elementa, accipit medicus à philoſopho naturali probata, & ſtabilita, quòd ſi illa medicus probauerit: tunc non amplius medicus, ſed philo=

ſophus

ſophus nuncupabitur. Ex illuſtri etiam familia Farneſia clariſsimi quandoq; prodiére philoſophi: Hi ex annalibus, & hiſtorijs petendi ſunt. Precor autem Deum Optimum Maximum Cardinalis humaniſsime, vt tuum hunc amplißimum ſtatum augeat, & te feliciſsimum, & auguſtiſsimum reddat.

Venetijs, 1574. *Menſe Iunio.*

IOAN. PLANERII QVINTIANI

Febrium omnium ſimplicium diuiſio, & compoſitio ex Galeno, & Auicenna excerpta, & in Tabulas, vt facilius intelligatur: redacta.

A
Febris.

B	B	B
Quædam ephemera, ſeu diaria.	Quędam putrida.	Quædam hectica.

CAP. I.

HÆC eſt febris ſimplicis prima diuiſio, nam ex Galeno primo de differen. febrium cap. 1. tria ſunt febris proxima ſubiecta, Spiritus, humores, membra ſolida, in Spiritibus ephemera, in humoribus putrida, in membris ſolidis, hectica. Illud interim animaduertendum, febrem illam quę ex ſanguine ſolum calefacto, & nõ putreſcente fit, & ephemerã, & Synocham à Galeno nuncupari, 9. Methodi. cap. 4. & 5. propterea febris omnis vel ephemera, vel putrida, vel hectica. 2. de diff. feb. cap. 9. Galeni verba hęc ſunt. ¶ Siquidem ephemeras eo tantũmodo calefacto, „ non autem putreſcente fieri dicebamus. Quare decipi fortaſſe nonnullos exiſtimamus, qui diuiſerunt febrim prima diuiſione, in ephemeram, humoralem, & hecticam, dicentes febrim Synocham, nec ephemeram, nec putridam, nec hecti-

eam, ſed humoralem eſſe. Cæterum febris illa Synocha, ex ſanguine tantum calefacto, tametſi humoralis ſit, Ephemera tamen & ipſa à Galeno dicitur, neque quartam ſpeciem à reliquis tribus diſtinctam conſtituit, vide Galenum locis ſuperius citatis. Quoniam autem febris illa Synocha in ſangui ne, & non in ſpiritibus fundatur, propterea à recentioribus re ctiſſimè ephemera non vera, ſeu ſpuria nuncupatur. quòd ſi ſanguis & caleſcat, & putreſcat, tunc non amplius Synocha, ſed Synochus à recentioribus appellabitur, à Galeno tamen vtraque & Synocha, & Synochus dicitur. Et de vtroque Syno cho recitat Galenus duo exempla. 9. Methodi cap. 4. de duo bus adoleſcentibus, quorum alter liber, & paleſtræ peritus, al ter ſeruus erat; vide ibi. Prius autem ephemeras, mox putridas, vltimo hecticas explicabimus.

Cap. II.

HÆC eſt quæ ſequitur Ephemerarum omnium pictura, quam ſi quis diligentius inſpiciat, uidebit vtique quaſdam ephemeras veras, quaſdam non veras, ſeu ſpurias, nam ephemeræ illæ veræ dicuntur, quæ in ſpirituum inflammatio ne conſiſtunt. non veræ autem ſeu ſpuriæ, quando obſtructio ne in vniuerſo corpore facta, difflari, atque euentari calor natu ralis non poteſt; atque ita fumida, fuliginoſaq; excrementa intra corpus detenta, febrem Synocham ſine putredine primo accendunt, quæ niſi ſtatim ab initio miſſione ſanguinis, vſq; ad animi deliquium facta, modo valida virtus ſit, & ætas conſen tiat, curetur; in Synochum cũ putredine vertitur, & longè de terior morbus efficitur, vt recitat Galenus 9. Methodi cap. 4. de iis qui ſanguinem ab initio non miſerant. Galeni uerba ibi
" hæc ſunt. ¶ Idque alias medicorum ipſorum inſcitia, qui ſan-
" guinem non miſerant, aliàs laborantium ipſorum timiditate,
" ſiquidem eorum qui ex ſola obſtructione febricitarant, nemo
" in putredinis febrem incidit, qui prius ſanguinẽ miſerat, quẽ
" vbi valida virtus ſubeſt, & ætas permittit, vſque ad animi de-
" fectum mittere expedit, vbi horum alterum non ſatis reſpon-

det,

dét, tutius eſt quantum ſatis viſum fuerit, tantum principio detrahere, quod defuit iteratione ſupplere, etenim hoc præſidio omiſſo, qui ita febricitant in ſummum diſcrimen veniunt.

¶ Non veræ etiã, ſeu ſpuriæ ephemeræ illę dicuntur, quando ſanguis ipſe ſola ſui multitudine, & bonitate (quod mirum eſt) citra putredinem, peccat, vel inflammatur; quæ febres Synochæ etiã appellantur; vt recitat Galenus 9. Methodi cap. 4. cuius verba hæc ſunt.

¶ Cum autem veſperi ſimilem vigorem tueri febris eſt uiſa, ceu nihil ſenſibiliter remittens, ſuſpicio iam erat Synochon eſſe, hancque ex obſtructione, & ſanguinis abundantia, & prę carnis copia ſtipatione.

¶ *Et cap. 5. eius etiam verba hæc ſunt.*

¶ Verum de ea abundantia quæ contineri à vaſis vltra non valet, quæque ob idipſum tum perrumpere vaſa, tum recludere ſolet, reliquaque modo dicta Symptomata inducit, obſtructionem, diſtentionem, tumorem, ruborem, de hac inquam mihi omnis ſermo habitus eſt, tùm verò nihilominus habendus. Siquidem copia hæc dum bonitatem ſuam ſeruat, vt pariter augeri cum robore virium eſt, nata, ita ſi quando has grauat, nec de cætero augebitur, & bonitatem naturæ amittet. At ſi naturalem ſemel bonitatem amiſerit, fieri nequit, vt non putreſcat; quandoquidem nec aliud vllum ex ijs quę foris ſunt, humidum, calidumque corpus manere imputreſcibile cernimus. Ergo feſtinare ad ſanguinem detrahendum oportet, quo venarum natura ex tranſpirando ventilandoque naturalem temperiem ſeruans humoribus eo quo inter initia modo dominetur, quando ſi ad intemperiem verſa laborabit, metuendum eſt, ne hi putreſcant. Excitatur autem intemperies in ea ex febris calore, quem ſi quando rudis quiſpiam medicus auxit, non vacuata ſtipationis cauſa, in incerto reliquum omne remedium eſt. Vbi nanque emitti abundantia poſtular, calór autem refrigerari, pugna, diſcordiaque inter ipſa ſanandi oritur remedia. &c.

B

Quædam ephemera, ſeu diaria, q̃ duplex eſt.

C

Ephemera ſeu diaria vera, quæ triplex eſt.

D

Quędã ꝑ comparationem ad diſpõnes animales.

E Ex ira

E Ex mœrore.

E Ex timore.

D

Ad diſpoſitiones corporales.

E Ex labore, ex vigilia.

E Ex pororũ cutis obſtructiõe, ex nutrimẽti corruptione.

E Ex nauſeatiua ſatietate, ex inedia.

D

Ad diſpoſitiones ex corpus.

E Ex aë re calido.

E Ex aere frigido.

C

Ephemera nõ vera.

C

Ephemera nõ vera, quoniã pluriũ dierũ, ſynochos.i.cõtinens febris apud Gal.9.Methodi cap.1. ſed ſine putredine, quæ triplex eſt.

D

Homotona, i. æqualiter affligens.

D

Epacmaſtica i.aſſurgẽs, & inualeſcens.

D

Paracmaſtica, ideſt decreſcens.

Cap. III.

HActenus Ephemeras, nunc putridas explicemus Putridę igitur appellantur febres: propterea ꝙ humores ipſi in

in corpore humano tunc putreſcunt,modo vnus,modo alius, modo duo ſimul, rariſſimè tres, nunquàm quatuor humores oẽs ſimul putreſcunt; quoniã tũc non ſtaret vita,totaq; humani corporis tẽperatura,& ſymmetria deſtrueretur.Putreſcunt igitur qñq; duo mixti, vt in Hemitriteo, & in tertiana notha, ſeu ſpuria, qñq; diſtincti, vt in tertiana duplici, qñ à duplici minera depẽdet.Si igitur in venis magnis,& cordi propinquis putreſcat humor,tunc febrẽ putridã continuam facit; Si extra venàs,& à corde diſtãtes,tunc intermittentẽ, ſeu interpolatã putridam febrẽ excitat.Cùm aũt quatuor ſint in corpore humano humores, quatuor etiã erunt febriũ putridarũ ſpecies, Ex ſanguine,ſanguinea putrida,ſecũdum Auicennam,ex flaua bile, cholerica, ex phlegmate quotidiana,ex atra bile,quartana; vnuſquiſque autem horum humorũ,excepto ſanguine, tàm continuam,q̃ intermittentem febrem putridam facit,ſolus itaq; ſanguis nunq̃ intermittentẽ, ſemper ſynochon,i.cõtinentẽ febrem putridã,mitiorem tñ,& minus moleſtã excitat, quam Homotonam, vel Epacmaſticàm, vel Paracmaſticam appellare libuit, quarum differentias ſuperius declarauimus. De his oĩbus diffuſius Gal.in 1.ad Glau.&in xj.Meth.diſſeruit. Et Auicen. etiã in j.fen quarti canonis,nos breuitati ſtudẽtes, febriũ oĩum putridarũ ſpẽs,tã intermittentes,q̃cõtinuas,tã veras,q̃ ſpurias,tã ſimplices,q̃cõpoſitas his tabellis expreſſimus

B

Quędam putrida ſeu ex putredine humorũ ſurgens, quæ triplex eſt,apud Galenum, apud Auicen.quadruplex.

C	C	C	C
Aut ex putredine ſanguinis ſm Auicennã, quę triplex eſt.	Aut ex putrẽdine cholerę, vel flauę bilis, q̃ duplex eſt.	Aut ex putredine phlegmatis,vel pituitę, q̃ duplex eſt.	Aut ex putredine atræ bilis, quæ duplex eſt.

D	D	D
Homotona,i.ęqualr aſſligens.	Epacmaſtica,i.aſſurgẽs,& inualeſcens:	Paracmaſtica,ideſt, decreſcens.

C
Aut ex putredine cholerę, vel flauę bilis, q̄ duplex eſt.

- D — Aut continua, q̄ duplex eſt.
  - E — Vel habēs vnā acceſſionem apud Galenū, q̄ triplex eſt.
    - F — Homotona, i. ęqualiter affligens.
    - F — Epacmaſtica, i. aſſurgens, & inualeſcens.
    - F — Paracmaſtica, id eſt decreſcens.
  - E — Vel habens plures acceſſiones, quę duplex eſt.
    - F — Aut enim acceſſiones ſunt manifeſtæ, & eſt tertiana cōtinua.
    - F — Aut acceſſiōes nō ſunt manifeſtę, & ē cauſon vera, de cholera, ad quā aliq reducūt ēt cauſonidem nō verā, videlicet de pituita ſalſa.
- D — Aut intertermittens, vel interpollata, q̄ duplex eſt.
  - E — Aut intermittens exquiſita, vel tertiana exq̄ſita cuius paroxiſmi nō excedunt 12. horas.
  - E — Aut intermittens nō exq̄ſita, quæ tertiana notha, vel ſpuria dicitur.

Datur etiam ſynochus ēx putredine flauę bilis apud Galenum ſecundo de differentijs febrium cap. 2. ſecundum ſectionem Leoniceni, ſicuti ſynochus ex putredine ſanguinis, ſecundum Auicennam.

Aut

C

Aut ex putre-
dine phlegma
tis, vel pituitę
quę duplex
eſt.

D

Aut continua
quotidiana,
quę duplex
eſt.

E

Vel habens ac-
ceſſiones mani-
feſtas, quę quo-
tidiana, aut lati-
ca dicitur.

F

Cum ſynco-
pi, quæ ſyn-
copalis hu-
moroſa dici-
tur.

F

Sine ſyn-
copi.

E

Vel habens acceſſio
nes immanifeſtas, &
eſt cauſon non ve-
ra, de phlegmate ſal
ſo.

D

Aut intermit-

Syncopalis humoroſa, eſt febris pendens à multitudine humorum frigidorum, in ore ſtomaci exiſtentium. Vide Galenum duodecimo Methodi cap. tertio.

☞ D

Aut intermittens quotidiana, quæ non conſueuit ſubdiuidi, propter breuitatem temporis medij inter vnā acceſſionem, & alterā, poteſt tñ ſubdiuidi.

☞ E

Aut plurimū tempus intermittit, ſicuti proportionabiliter dictum eſt, de tertiana intermittente, ſeu interpollata, & exquiſita, & hęc etiā quotidiana interpollata, & exquiſita diceretur, fit ex pituita dulci.

Epiala. Lipyria. Compoſita ex vtriſq;

☞ E

Aut nō plurimum tempus intermittit, ſicuti proportionabiliter de tertiana non exquiſita, & hæc etiam diceretur quotidiana interpollata, nō exquiſita.

Nocturna. Diurna.

Epiala eſt, quando ſimul calent, & frigent, atque eodem tempore in toto corpore calorem, & frigus immodicum ſentiunt. vide Galenum 2. de differentijs febriū cap. ſexto. fit ex pituita vitrea.

Lipyria eſt, quando interiora calent, exteriora frigent.

Febris in qua occultatur frigus, & apparet in ea calor, eſt empialos.

Febris in qua occultatur calor, & apparet in ea frigus, eſt Liparia. vide Auicennam in prima quarti, tractatu ſecundo cap. 49. & 50.

Aut

C

Aut ex putredine atrę bilis, quę duplex eſt.

D	D
Aut continua.	Aut interpollata.

E	E	E	E	E
Continua quartana, q̃ raro inuenitur.	Continua quintana.	Continua ſextana.	Continua ſeptana.	Continua octana.

Quas nunquam vidit Galenus, & nos ipſas minus videbimus.

¶ Primò de differentijs febrium cap. 5. in fine ſecundum ſectionem Leoniceni cap. 7. ſecundum ſectionem Laurentiani. Galeni verba hęc ſunt. ¶ Quòd ſi duobus diebus ac »
noctibus idem circuitus perfectus fuiſſet, tunc febris tertia- »
nę eo modo fuiſſet exemplum, & ſi tribus quartanę, & qua- »
tuor quintanę, ſi mō febris vlla quintana exiſtit, ego enim »
nondum perſpicue vidi neq; eam circuitionem, neq; aliquã »
aliam vltra quartanam. ¶ Primo de morbis vulgaribus Hippocratris verba hæc ſunt. ¶ Pręterea errãtes febres, quar- »
tanæ, quintanæ, ſeptimanæ, & nonanæ, quibus iudicentur »
circuitibus conſiderandum. ¶ Galeni verba in commento hæc ſunt. ¶ Nam vt in libro præſagiorum omnem abſoluit »
de diebus decretorijs diſputationẽ, ita de circuitibus quo- »
que. At nuſquam de quintanis meminit, vel ſeptimanis, »
vel nonanis, non modo in præſagijs de ipſis quicquam prę- »
dicens, ſed ne in aphoriſmis quidem. »

E	E	E	E	E
Aut Quartana.	Aut Quintana.	Aut Sextana.	Aut Septana.	Aut Octana.

Omnes interpollatæ.

Peſti-

Peſtilentialis autem febris, quoniam primum ex peſtilentis aeris inſpiratione, mox ex humorum putredine oritur, proptere a & ipſa inter putridas connumeranda. vide Galenum 1. de differentijs febrium cap. 4. ſecundum ſectionem Leoniceni; cap. 6. ſecundum ſectionem Laurentiani.

Cap. IIII.

HActenus febres ſimplices, nunc compoſitas manifeſtemus; Commiſcentur autem quandoque humores iſti, & ex varia eorum mixtione, variæ ẽt generantur febrium ſpecies, quas tamen omnes Hemitriteos vocat Galenus. Cæterũ exquiſitus hemitriteus fit, quando flaua bilis, & pituita æquali portione vtrinque commiſcentur, ita vt neuter humor alterũ uincat. Galeni verba 2. de differentiis febrium. cap. 8. ſecundũ ſectionem Leoniceni, hæc ſunt.

" ¶ Febris igitur quę ex tertiana & quotidiana continua com
" poſita eſt, quam hemitriteum appellamus, aut flauam bilem
" habet exuperantem, atque ob id in eo ſunt tertianæ febris ac-
" cidentia maiora. aut hæc quidem paucior, pituita verò abun
" dantior, atq; iccirco quotidianæ continuæ affectus firmiores.
" aut neuter humor alterum uincit, ſed ambo ęquipotentes exi
" ſtunt, quo tempore eſt exquiſitus hemitriteus, &c.

In eodem etiam cap. 8. infra. Galeni uerba hęc ſunt:

" ¶ Rurſus igitur redeamus ad eum quem Hippocrates uo-
" cat hemitriteum horridum atque continuum, quem facit ter
" tiana quotidianæ continuæ commixta, intermittenti autem
" non ita, quoniam quę ex ambabus componitur febris neceſ-
" ſario & ipſa intermittit, non tamen ex duabus continuis qua-
" rum altera ex bile, altera ex pituita generatur, poteſt hemitri
" teus conſiſtere, quoniam hæc commixtio febrem horridam,
" ac quę multas habeat reduplicationes non facit: neceſſe eſt igi
" tur ſi horridus ſimul atque cõtinuus ſit hemitriteus futurus,
" ex duabus ipſum febribus generari, quarum altera ſit inter-
" mittens, altera vera continua, atque idcirco tertiana quidem
" intermittens cum quotidiana continua confuſa facit hemitri-
" teum, cùm neque vtraque continua, neque utraque intermit-
" tens huiuſcemodi queant febrem generare.

¶ Et

¶ Et quæ ſequuntur vide ibi. In 2. etiam de criſibus cap. 7. Galeni verba hæc ſunt.

¶ Febres quidem complicantur unius generis cũ aliis eiuſ dem generis, vel unius ſpeciei cum aliis eiuſdem ſpeciei, cõtin git verò nonnũquam vt etiam differentes, nã quotidianæ tertianis, & his quartanæ, & quæ eandem ſpeciem ſeruant inuicem, plerũque complicãtur, quo fit vt ſępius idem homo tres quartanos habeat circuitus, ſed hos q̃dem non eſt difficile co gnoſcere, Quandoq; uerò aliqua ex intermittentium genere cum continua complicata difficillimam vixque explorabilem facit mixtionem. &c.

¶ In 2. etiam de criſibus cap. 9. Galeni verba hæc ſunt.

¶ Quæ autem ex complicatione fit, quadrupliciter conſiſtit, vel tertiana, ac quotidiana commixtis, vel ea quę ſingulis diebus acceſſionem facit, continua alteri quæ per tertiam, vel tertiana ei quę ſingulis diebus acceſſionem facit cõtinuæ, vel quotidiana ei quæ per tertium continuæ nulla ex his mixtioni bus in primo die exquiſitè cognoſcitur. &c.

¶ Recentiores Auicennam ſecuti in prima fen. quarti Canonis, tres tantum ſpecies Hemitritei fecerunt. Prima ſpecies hemitritei eſt, quando tertiana interpollata iungitur quotidia nę continuæ, & quoniam in hac febre non poſſunt eſſe ſęua accidentia, propterea paruus appellatur hemitriteus, quia paruę malitiei eſt; ita dicunt.

¶ Secunda ſpecies hemitritei eſt, quando quotidiana inter pollata iungitur tertianæ continuæ, & quia in hac febre ſæuio ra contingunt accidentia propterea medius appellatur hemi triteus, quoniam febris hæc ſęuior & malignior eſt prima.

¶ Tertia ſpecies hemitritei eſt, quando tertiana interpollata iungitur quartanæ continuę, vel econtra, & hæc maior appellatur hemitriteus, quoniam in hac febre ſęuiſſima contingũt accidentia. ita diuidebat hos hemitriteos excellẽtiſſimus pręceptor meus Benedictus Victorius Fauentinus, in Patauino gymnaſio Theoricus primarius.

Poſt putridas, ordine ſequũtur Hecticæ: quas ſequẽs ca. indicat.

Cap. V.

B

Quędam Hectica.

C Prima ſpecies. — C Secunda ſpecies. — C Tertia ſpecies.

FEbris hæc tres ſpecies ſub ſe continet, quarũ prima ex ſola membrorum ſolidorũ inflammatione oritur, ſeruatis adhuc illeſis magna ex parte humani corporis humiditatibus naturalibus, à Galeno vera hectica, & primus gradus, ſeu prima ſpecies hecticę dicta, quę in principio, vt cognitione difficillima, ita curatione facillima, redditur autem per accidẽs curatione difficillima, quia difficillime cognoſcitur. Quòd ſi caliditas & ſiccitas ulterius adhuc procedant, roridamq́; , & vitalẽ humiditatem partium ſimilarium, cordis pręſertim, conſumant, & exſiccent, atque etiam cor ipſum exurant, tũ ex hectica, in tabem, & maraſmũ penitus incurabilẽ factus eſt tranſitus, vt recitat Galenus 1. de diff. feb. cap. 8. & 9. Et hæc tertia Species hecticæ eſt, quę & cognitione faciſlima, & curatione impoſſibilis. Inter iſtas duas extremas mediat ſecunda; quæ & cognitione facilis, & curatione difficillima, has tres ſpecies Galenus 1. de diff. feb. cap. 8. & 9. ſic expreſſit.

“ ¶ Quæ igitur febres hecticę appellantur, duplici uia ortũ
“ habent, magna quidem ex parte ex ardentibus febribus, quæ
“ tantum protrahuntur, vt longitudine temporis humorem in
“ corpore cordis contentum conſumant, uel fieri poteſt vt eius
“ adhuc magna portio reſeruetur, illę verò non tantum hecticæ
“ ſunt, ſed tabidæ etiam. Quæ aũt manente adhuc humiditate
“ gñantur, vbi cordis corpus occupauerint, hinc maximè accen
“ dunt, quemadmodũ lucernę flãma ex fomite. ¶ Et paulo poſt.
“ ¶ Haſce igitur febres non eſt admodum difficile curare,
“ at quæ ex ipſis ad tabem peruenerunt, ex inſcitia medicorũ,
“ quibus earũ cura fuit demandata, vbi iam exquiſitè conſiſtũt,
“ & iamdudum incęperunt, non modo eſt eaſdem curare diffi-

ci-

cile,ſed etiam impoſſibile,earum ſiquidem natura calida eſt, & ſicca,cùm tale aliquid cor patiatur,quale lucernę fomes,cũ fuit plurimum exuſtus,nam qui ita torrefactus eſt frangitur, atque diſſoluitur, atque ex friabilitate continuitatem amittit, adeo vt neque ſi magnam olei copiam ſuperinfundas, flamma abundantior poſſit accendi,ſemper enim parua & debilis in ipſa palpitat flamma, ac continue fit multò minor, donec ex toto extinguatur,talis quidem eſt febris,quæ omnino tabida exiſtit, quæ ab ea paſſione differat, quæ tabes appellatur, nam hęc & abſque febre in decrepita ętate ſolet accidere,extincto natiuo calore, quod nihil aliud exiſtit, q̃ mors,quę fieri ſine ſenſu doloris,ac ſecũdũ naturã ex ſiccitate cõtingit.&c.

¶ Et cap.9.Galeni verba hæc ſunt.

¶ Dico autem tabem incipere quando natiuus humor,qui in vnoquoque diſpergitur corpore,in ſpatijs particularũ conſimilium intermediis iam in cordis ſubſtantia aboleri periclitatur,donec enim pars huius aliqua reſeruatur, ſolum febris hectica exiſtit,nondum etiam tabida,cùm verò iam res eò periculi peruenerit,vt nihil iam ex tali humiditate ſuperſit, tunc exquiſita tabes exiſtit.Eſt quidem omniũ hecticarum febriũ diſpoſitio difficilis,vbi iam principij tempus præterierit, determino autem principium non dierum,aut horarum numero, ſicuti neque in aliis morborum generibus,ſed ipſo diſpoſitionis modo.Cùm enim naturalis cordis temperies primũ euerti incœperit,neque natiua humiditas protinus aboletur,neq; virtus plurimum laborat,ſed primo fit velut quædam efferueſcentia humidiatis,quo in tempore facile eſt huiuſcemodi febrem ſanare, tanquàm nihil adhuc virtute perpeſſa, deinceps & conſumptio quędam efferueſcentiam ſequitur, atque hac in longum protracta,& ipſa ſimilaria corpora, quæ ſunt cordis ueluti elementa,ſ.ſicciora,& minus nutriendo idonea redduntur,atque inopia alimenti tenuiores, ac tantum uirtus laborat,quãtum ſiccitas atque caliditas in ipſo corde inualuerint,quando earum altera exuperãs uirtutem imbecilliorem reddere potuit,huiuſcemodi febris iam quodammodo ad utranque partem declinat, ac medium obtinet locum inter eã tabidam febrem, quæ penitus curã non admittit, atq; illã de

" qua paulo ante diximus,q̃ facillime ĩ principio curari poteſt:
" Sunt verò & in hac latitudines multæ,quoniam & diſpoſitio
" nes ipſius multæ in eo qđ magis ac minus diuerſitates.Quæ
" igitur ęqualiter diſtat ab utraque, & ea ſcilicet quę exquiſitè
" tabida exiſtit,atq; illa in qua nihil eſt adhuc tale, media quo-
" dammodo ſe habet ad curationem, dubio ad partes ambas
" inclinans momento.Quæ autem tabidæ proximior exiſtit,eſt
" etiã periculo uicinior, cũ quæ alteri primę magis adheret nõ
" paruam ſalutis ſpem poſſit afferre.&c.

¶ Dicta eſt autem febris hęc hæctica,quaſi habitualis,nam cum calor pręter naturam extenſus ſit per vniuerſum corpus facta eſt febris hęc habitus quidam firmus,ita vt cum ęgrotãtes febriant,ſe tamem febrire non ſentiant.Proſequitur Galenus infra in eodem cap.9.& dicit.

" ¶ Proprium autem his quę tabi coniunctę ſunt,eſt ſiccitas,
" quoniam ſine ſiccitate ſæpius hecticę febres conſiſtũt,cũ non
" tranſmutãtur ad tabem,quemadmodum multis hoc tempo
" re in magna peſtilentia contigit.

Obiectio ¶ Dicit hic Galenus primam febris hecticę ſpeciem, quæ nondum ad tabem tranſmutatur, abſque ſiccitate exiſtere, quod uideẽ eſſe falſum,nam febris, vt febris, eſt intemperies calida & ſicca,vt eſt ſententia Galeni in cõmento illius apho-
" riſmi.¶ Victus humidus omnibus febricitantibus confert.

¶ Propterea & febris illa hectica, quę nondum ad tabem tranſmutatur,erit cum ſiccitate.

Reſpõſio. ¶ Dicendum,ꝙ hic Galenus facit comparationom inter primam febris hecticæ ſpeciem,& reliquas duas ſpecies,nam prima ſpecies reliquis comparata,videtur eſſe ſine ſiccitate: Simpliciter tñ & ipſa in ſe conſiderata,non erit abſque ſiccitate,nam illud quod eſt tale in reſpectu,non tñ eſt tale ſimpliciter & abſolutè,nam in prędicamentis dixit Ariſtoteles.& mõtem paruum,& milium magnum,ad aliud,& ad aliud relata. De his autem tribus ſpeciebus hecticæ,vide diffuſius Galenũ locis ſuperius citatis cap.8.& 9.primi de diff. feb. & librũ etiã decimum methodi medendi in fine.& librum etiam Galeni de tabe nuper a Victore Trincauelio latinitate donatum.

Cap.

Cap.VI.

Quęſtio de febre ſanguinis, & declaratio noni Capitis, ſecūdi de differētiis febriū, ſecūdū ſectionē Leoniceni: Cap. 12. ſecūdū ſectionē Laurētiani.

MAgna ſp inter Doctores fuit cōtrouerſia, nūqd ſm Galenū detᷣ febris de putredine ſanguinis? ſanguine ſtāte ſub forma sāguinis, ac ſeruāte nām ſanguinis? nos Gal. loca in mediū afferemus, vt liberū unicuiq; ſit, quā maluerit ſeq ſententiā. 2. de diff. feb. c. 8. ſm ſectionē Leoniceni Gal. verba hęc ſunt.

¶ Nā horum oīum principiū fons atq; elementū eſt ſingu- »
lariū febriū formā atq; figurā exquiſite cognoſcere, neq;. n. »
plurima eſt earū multitudo, cū oēs tres numero exiſtāt, & q̄ »
ex amara bile, & q̄ ex atra, & q̄ ex pituita gn̄atᷣ, quarū ſingulæ »
duas hn̄t drīas, continuæ ſ. atq; intermittentis, adeo vt oīum »
q̄ ex humorū putredine ortum habent, fiāt ſex numero drīæ. »

2. de criſibus. cap. 9. Galeni verba hęc ſunt.

¶ Tria ſunt oīa q̄ ex humorū putredine febriū accenduntᷣ »
genera, q̄dā. n. ex flaua bile, hęq; plurimę ſunt, q̄dā verò ex a- »
tra, q̄dā ex pituita cōſiſtūt. ¶ Ex his Galeni locis facile colligitᷣ »
tria tātū eſſe febriū putridarū gn̄a. Si. n. daretᷣ febris de putredine ſanguinis, nō tria, ſed quatuor eſſent febriū putridarum gn̄a. In 2. tn̄ de diff. feb. c. 9. ubi Galenus diſputat an detᷣ febris de putredine ſanguiuis? vr̄ tenere, ꝙ detᷣ febris de putredine ſanguinis. Galeni verba ibi hæc ſunt. ¶ Quare nō procul à ve- »
ro eſt exiſtimādū ſanguinem ipſum nonnunq̄ in his q̄ inflam- »
mationem patiūtur particulis ſubire putredinem ex qua ſim- »
pliciores qdem q̄ ex aliis humorib. febres fieri, ſimilem verò »
acceſſionū ꝓportionem aſſumere, qualem tertianę maximè »
febres oſtendūt, nō ita in his q laterū inflāmationes patiūtur »
obſeruatū, quo tꝑe maximè rubidū expuunt. ¶ Dicit hic Ga- »
lenus & ſanguinem putreſcere, & ex eius putredine oriri febres ſimpliciores, q̄ ex aliis humorib. quarū acceſſiones ſimiles ſunt acceſſionib. febriū tertianarū. ¶ Niſi dicamus ꝙ hic agit de febre ſanguinis ꝓueniēte ex inflāmatione partiū, pectoris p̄ſertim; ſed q̄ſtio nr̄a eſt de febre ſanguinis putreſcentis ī venis magnis, & extra venas, vt contingit in febrib. continuis, & interpollatis aliorū humorū. proſequitur Galenus & dicit.

¶ Quòd ſi ſanguis ſupra modū aſſetur, pars qdē eius ſub- »

ti-

" tilior,& pinguior oĩno in flauã cõuertitur bilẽ,q̃ autẽ craſſior
" in atrã,qđ ex his tumorib.q carbũculi appellanẽ cõtingit, nã
" & in his ex ſanguine ſupra modum efferueſcẽte ad atræ bilis
" humorẽ fit trãſmutatio.Ita aũt hoc loco accipi volo atræ bilis
" humorem,vt q nõdũ exquiſitè in atrę bilis naturã trãſierit,ſed
in quodã ſit cõfinio cõſtitutus.¶ Hic Galenus ſeipſum declarat,dicit.n.Quãuis ego dixerim,ſanguine ſupra modũ aſſato, partẽ eius ſubtiliorem ac pinguiorem in flauã bilẽ,craſſiorem aũt in atrã cõuerti,nõ tñ pars illa craſsior cõuerſa in atrã bilẽ, eſt vera & exquiſita atra bilis,ſed eſt in confinio quodã cõſtituta,& proxima ad atræ bilis naturã,retinens tñ adhuc ſpeciem & formã propriã ſanguinis.Si igiẽ ex Galeno ſanguine vehementer incaleſcente,& putreſcente,nõ fit vera,& exquiſita cõuerſio partis craſsioris ſanguinis in atrã, multò minus ſanguine leuiter incaleſcente,& putreſcente,pars ſubtilis ſanguinis cõuertẽẽ in flauã bilem,& craſſa in atrã,nã in illo priori gradu putredinis,pars ſubtilis, & pars craſſa ſanguinis multũ diſtabũt à conuerſione in flauã,& in atrã,ꝓpterea partes illæ ſtantes ſub forma ſua ſanguinis,ac ſeruãtes nãm ꝓpriã ſanguinis, febrem putridã de putredine ſanguinis facient,q̃ febris & ſimplicior,& mitior erit febrib.aliorũ humorum, Et hoc eliciẽ ex Galeno 9.Methodi.cap.4.vbi agit de illo adoleſcente ſeruo, & vbi diſtinguit febrem ſanguineam, in putridam, & non putridam. Galeni verba ibi hæc ſunt.

Hinc fortaſsè poteſt elici, dari febrẽ de putredine ſanguinis, ſanguine ſtãte ſub forma ſanguinis.

" ¶ Is cũ toto die multũ laboraſſet,deinde lauatus paucula
" comediſſet,cępit nocte febricitare, totũ ẽt cõtinuãs ſequentẽ
" diem,hũc nos poſt ſecundam noctem uidimis in cæteris qui-
" dem omnibus iam dicto iuueni ſimiliter affectũ.verum putre
" ſcentium humorum euidentes præbentem notas.&c.
¶ Proſequiẽ Galenus in eodem c.9.ſecũdi de diff.feb.& dicit.
" ¶ Et qdem ꝓ uarietate humorũ in quos conuertiẽ ſanguis
" febres fient ſola bonitate vel malitia differentes,illę ſiquidem
" q̃ ſanguinis transmutationem conſequunẽ,ſunt ſimpliciores,
" tũ in reliquis,tũ in caliditatis qualitate mitiori, nã & ſi ſe plu-
" rima manui tãgenti offert,eſt tñ oĩno mitis,ſicuti ea q̃ in bal-
" neo cõtrahiẽ,ſem ꝑ.n.febrilis caloris multitudo conſiſtit ĩ mul
" titudinem defluxus,qđ verò manui tãgenti moleſtũ ſentiẽ,ex

hu-

humoris acredine prouenit,hocq; tibi ſit maximũ humoris »
ſebrem facientis indiciũ,qualitas videlicet caliditatis, nam q̃ »
magis uaporoſa, ac minus moleſta exiſtit, ex ſanguine naſcit̃, »
q̃ vero moleſtæ ſunt,& rodentes,atq; mordaces vtranque bi- »
lem conſequuntur.Cùm verò in primò tactu quoddã potius »
vaporoſum, q̃ acre ſe manui repreſentat,at ꝑ morã paulatim »
mordacitas aduenit, ac maximè inæqualis,adeo vt per colato »
riũ quoddam,& cribrum ꝑcolari uideatur,ex pituitę putredi »
ne huiuſmodi febrem oriri cognoſcas.Hactenus Galenus. »

¶Ponit hic Galenus dr̃iam inter febres genitas ex trãſmu tatione ſanguinis per aduſtionem in alios humores,& febres genitas ex ſimplicibus & ſinceris humoribus,puta ex ſincera bile flaua,vel atra,uel ex ſincera pituita,nam febris genita ex tranſmutatione ſanguinis ꝑ aduſtionem in flauam,vel in atrã bilem,& ſimplicior,& mitior, in caliditatis qualitate, Quę verò ex ſimplici, & ſincera bile flaua, vel atra, & moleſtior, & mordacior exiſtit. Quæ autem primo tactu, quoddã potius uaporoſum,q̃ acre(vt eius vtar verbis) ſenſui tactus repræſen tat, mox paulatim inæqualis mordacitas ſuperuenit, ex pitui tæ putredine febrem hanc oriri ſcias.Illud interim obſeruan- dũ,ſanguinem q̃dem ꝑ aduſtionem in flauam,& in atram bi lem,nunq̃ tñ in pituitã traſmutari,nã tranſitus iſte nec natu- ralis,nec pręter naturam,fit q̃dem à natura tranſmutatio pi- tuitæ in ſanguinem ꝑ ulteriorem cõcoctionem in defectu nu trimenti,vt recitat Gal.2.de potẽtiis naturalib.in fine,&in lib. de atra bile cap.8.ꝓpterea natura nullum receptaculũ ſuꝑ- fluę pituitę corpori humano attribuit,quoniã pituitã illã ſuꝑ- fluã in defectu nutrimenti natura ꝑ ulteriorem cõcoctionem in ſanguinem,vt diximus,trãſmutat. Et hæc ſint ꝓ declaratio ne noni capitis. 2. de diff. feb. Quoniã verò in hac difficultate varius fuit Galenus. ꝓpterea Auicenna j.ſen.quarti Canonis cap.43.rectiſſimè ipſum redarguit,q̃a credidit ipſum tenuiſſe non dari febrem de putredine ſanguinis, ſanguinę ſtante ſub forma ſanguinis.Auicennę verba hęc ſunt.

Notãdum.

¶Opinatus eſt Galenus ꝙ nõ ſit febris ſanguinis à putre- »
dine ſanguinis, nã ſanguis cũ putrefit, fit cholera, & non eſt »
ſanguis.fit ergo tũc febris cholerica,non ſanguinea,& fit cau- »

ſon

« ſon prędictus,aut tertiana,& curat eam cũ illa cura.Hic verò
« ſermo eius eſt contrarius ſermoni Hippocratis,& cõtrarius ei
« quod eſt conueniens:& plurimum quidem erroris eius eſt in
« ſermone eius,quãdo putrefit ſanguis fit cholera.Iſte.n.ſermo
« facit opinari duas intentiones,quarum una eſt,quod quando
« putrefit,peruenit ad hoc,vt fiat poſt putredinem cholera. Et
« ſecunda ꝙ qñ putrefit,tũc fit cholera,ſicut dicitur,ꝙ lignũ qñ
« calefit,fit cinis.Conſideremus itaq; in unaquaq; duarũ pro-
« poſitionũ. Intellectus verò primus eſt corruptæ acceptionis
« trib.modis,quorũ primus eſt,ꝙ ſanguis qñ putreſcit conuer
« titur ſubtile eius ad cholerã malã,& ſpiſſum eius ad melanco
« liã,non ergo cũ totalitate ſua fit cholera. Et ſecundus eſt ꝙ il-
« lud fit poſt putredinẽ,& nr̃a conſideratio eſt in diſpoſitione
« putredinis.Et tertius eſt,quoniã poſt illud fit cholera , & non
« ſcimus an in ea ſit putredo,an non,nã plurimę res putrefiũt,
« & ſeparat̃ ex eis ſubtile & ſpiſſum,& non eſt in Spiſſo neq; in
« ſubtili putredo,quoniam non eſt neceſſarium vt ſit putridum
« id quod generatur à putrido,fit enim ex putredine quod non
« eſt putridum : & ſi generatio eius à putredine faceret putre-
« dinem eius neceſſariam, oporteret vt ſpiſſum cinerulentum
« iterum eſſet putridum ; eſſet ergo illic febris melancholica
« iterum , hoc ergo eſt illud quod facit eſſe neceſſarium expo-
« ſitio eius qđ primũ intellectũ eſt.Quod verò intelligit̃ ſecun-
« do eſt mendaciũ purũ,quoniã putredo eſt uia corruptionis ,
« & putredo q̃dem [nõ] habet tp̃s,& cõuerſio ſanguinis in cho
« lerã non fit [niſi] in tp̃e,& putredo q̃dem eſt corruptio acci-
« dens ſanguini,dum eſt ſanguis,ſicut accidit flegmati,dum eſt
« flegma,& non fit cholera,neq; melãcholia,niſi conuertatur,
« poſt illud cũ complemento putredinis ; Verũ veritas ſana eſt
« ſermo Hippocratis ꝙ ex ſanguinis putredine generat̃ febris.
« Dicamus ergo nũc ꝙ febris ſanguinis,eſt febris putredinis,&
« febris calefactionis,& ebulitionis,quam nominauit Hippocra
« tes ſynochum concluſum,non alias.Hactenus Auicenna.

Hæc breuiter de Febribus dicta ſint, ad laudem
omnipotentis Dei, & Virignis eius matris.

52622 38